

5823 Auximi IVC., 'in foro' addit MAGL. 28, 34. *Il Triultio in segno di questa sua vittoria [a. 1487] doi delle più belle statue con le sue base pigliatesi di questa città se le fece condurre in Milano che hoggi si uedono in casa del Sig. Conte Teodoro Triultio* HERCVLES GALLVS (1615) p. 15, quae eae fuerint non determinans. Triultius transtulit Mediolanum FIRM. BVCC. Mediolani in propylaeo D. Io. Iacobi Triulcii ALCIATVS (apud Ap. 52); ante domum Io. Iac. Triulzii RICC.; via publica ad aedes Triultiorum PINGON.; prope portam Ludovicam ante fores palatii cuiusdam PIGH. (Herc.); extra portam Tonsam in aedibus q. d. ad Senapem ECCLESIA; *altra volta nella contrada della Cantarana, ora de' tre Monasteri* GIVLINI. In viridiario bibliothecae Ambrosianae MVR. BREVAL. Ibidem adhuc. — Corae VVLPI Lat. vet. 4, 147.

*in latere:*

Diana facem tenens; ad pedes canis.

AESCVLAPIO · ET · HYGIAE  
SACRVM  
C · OPIVS · C · L · LEONAS  
VI · VIR · ET · AVG  
5 HONORATVS · IN TRIBV  
CL · PATRV · ET · LIBERV  
CLIENTIV · ET · ADCENSVS  
PATRÓNI · SANCTISSIMIS  
COMMVNICIPIBVS · SVIS · D · D ·  
10 QVORVM · DEDICATIONE  
SINGVLIS · DECVRIÓNIBVS  
X · III · AVGVSTALIBVS · X · II · ET  
COLONIS · CENAM · DEDIT  
L · D · D · D

*in latere:*

Apollo in tripode sedens  
reiecta a tergo pharetra, d.  
lauri ramum gerens; ad  
pedes stat cithara.

*in postica:*

sic DEDICATI · IDIB · IANVAR · PLAVTIO · QVINTILIO · ET sic p. C. 159  
STATIO · PRISCO · COS

mulier stans manu parvulum  
parvulamve sustinet; adsident  
pueri puellaeve duo.

mulier stans cum cornu copiae  
et gubernaculo

Recognovi. Auximi descriptam proponunt Iucundus cod. Ver. f. 68; Peutinger cod. 527 f. 47; Apianus 155, 5. 156, 4. Item Smetius ms. p. 100, ed. 28, 11 (inde Grut. 68, 3 adhibitis in ed. 2 schedis Pighianis et Alciatinis; emendat Fabrettius) a Benedicto Hegio; Waelscapple ms. f. 77'; Pighius cod. Luzac. p. 44, cod. mus. f. 15 (partem ed. in fastis 1 p. 363); Lipsius ms. f. 11; Ligorius Taur. 3. 11. 26; cod. Visc. f. 38; Iacobonius app. ad Fonteium p. 44; Panvinius (qui locum non adscripsit) cod. Vat. 6035 f. 2' et in fast. ad a. 916; Manutius cod. Vat. 5237 f. 394, orth. 171, 4; Metellus cod. Vat. 6038 f. 5. 14'; Rayner cod. Maruc. f. 7; cod. Senensis; Firmanus n. 36; Buccarelli f. 11; Sanctius f. 11; Gallus p. 36 n. 9; Honuphrius p. 71 n. 9; Martorelli p. 50 n. 9; Colucci 5, 46; hi omnes a Smetio inde ex eodem exemplo, nec quisquam eorum praeter Firmanum et Buccarellium monuit titulum iam prostare Mediolani. Mediolanenses auctores originem ex Auximo aut ignorant aut ex libris didicerunt, sunt autem hi: Alciatus (apud Cholerum f. 41, Apian. 52, 2; Brancacc. Med. n. 135, cod. Dresd. l. 1 f. 85. 86; inde Constantius Landus veterum numism. misc. explic. Lugd. 1560. 4. p. 15, item Maffei ars crit. lap. p. 569 Donat. et Saxius); codex Riccard. 996 f. 29'; Lilius f. 11'; Bononius cod. Ottob. f. 81; Ambrosianus C 61 f. 86; Peutinger cod. 527 f. 90; Accursius ms. (unde ad Apianum suum f. 156 locum adnotavit); Panvinius (qui locum non enuntiat) Vat. 6035 f. 2 (quod exemplum diversum est ab altero supra indicato); Ligorius Taur. 11 provocans ad Lucium Cottam doctorem Mediolanensem; id est opinor ad Alciatum; Pingonius ms. f. 227 ex archetypo; Pighius Herc. Prod. p. 326 de visu; Tschudi cod. Sangall. 1089 f. 55 qui vidit; Borsieri l. 3 inscr. 3 ex quodam pictore; Innoc. Ecclesia f. 213'; Mur. 333, 3 de visu; Breval *remarks on several parts of Europe* 2, 137; Giulini *mem. spett. all' illustrazione della storia di Milano* vol. 4 in indice; Osann syll. p. 553, 2. Ectypon basis una cum statua a Ioh. Iac. Trivultio a. c. 1488 Auximo Mediolanum transvectae aere incisae sumptibus comitis Aurelii Guarnierii patricii Auximatis; extat prope bibliothecam Ambrosianam loco obscuro et 'quasi sordido' citatur apud Talleonium *istor. d' Osimo* 2, 55; ego non vidi. Orelli 3062.

1 YGIAE Smet. Pigh. (Luzac. et mus.) Panvin. (f. 2') Manut. Metell. Rayn. et fere reliqui auctores quos supra diximus cum his convenire. — 7 ET om. iidem.

Patronus dedicantis consul est C. Oppius Sabinus tituli n. 5833, quem idem Leonas dedicavit. — Nota apices in titulo saeculi secundi medii.

5824 Auximi in platea BVCC. Hodie in curia. — Sentini MACCI errore.

I O V I  
S O L I  
S E R A P I  
Δ Ι Ι  
5 Η Α Ι Ω Ι  
C E P A Π Ι Δ Ι  
C · O P P I V S  
I R E N I O N  
V · S  
10 L · M

Recognovi. Manutius cod. Vat. 5237 f. 404 in supplemento; Ubaldus cod. Ang. D. 4. 18 f. 52'; Macci 2 f. 219 n. 10; Buccarelli f. 21; Sanctius f. 21; Gallus p. 56 n. 19 et inde Honuphrius p. 91

et Martorelli p. 60; Fabretti 469, 107 citans Honuphrium, sed dans aliunde; Lancellotti ms. f. 75'; Olivieri ms.; Colucci 5, 60 ex ms. Ditajuti; Henzen 5658 de visu.

Graeca om. Gallus Hon. Mart.

5825 Auximi in pariete ecclesiae S. Luciae FIRM. Ibidem adhuc.

imp. caesari di VI · NERVAE · F · NERVAE traiano  
aug. germ. dacico P · PONTIFICI · MAXIMO x i m o  
trib. pot. ... IMP · VI · COS · V p. p  
quod per mu NIFICIENTIAM · SVAM  
5 SVBOLEMQ · ITALIAE · C  
LIT' / - MVNICIPIVM

Recognovi. Manutius cod. Vat. 5237 f. 402 (inde Fabrett. 686, 94 ex schedis Vaticanis); Ligorius Taur. 3, cod. Visc. f. 17'. 38'; Rayner cod. Maruc. f. 18; Macci 1 f. 120 n. 39; Sanctius f. 26b; Gallus p. 52 n. 17b; Honuphrius p. 88; Martorelli p. 59; Firmanus n. 3; Mur. 230, 3 e schedis Martioli Sanctii et a Frid.

Paulo Ponticellio; Olivieri ms.; M. Sarti Cupra mont. (ed. 2 Pisauri 1748) p. 16; Lancellotti ms. f. 77; Colucci 5, 69 ex libris; Henzen *ann. dell' inst.* 1844 p. 13, syll. n. 5444 de visu.

Supra quoque et infra lapis effractus est. — 6 (quem v. omittunt antiqui omnes, protulit primus Mur.) notavi in re praesenti primam hastam a sequente tantum distare, ut I fuerit necesse sit; de T littera cogitari non potest. Litterae IT certae sunt. Sequitur littera non rotunda, aut E aut V opinor. Deficit deinde littera una. Quae sequitur littera omnino T fuit. Itaque vocabulum hic legebatur exiens fere in LITEAT vel LITVIT; id autem quod fuerit non repperi. In fine versus non est MVNICIPII, ut legit Henzenus, sed MVNICIPIVM, quod vocabulum Auximo parum convenire supra in praefatione observavimus. — Ligorius (Taur.) sic explevit: IMPERAT·CAESAR·AVG | DIVI·NERVAE·F·NERVAE | TRAIANO·PONTIFICI·MAXIMO | TRIB·POT·IMP·VI·COS·V·P·P | BENIFICENTIAM SVAM... | SVBOLEMQ·ITALIAE... | AVXIMATES·PVBLICE.